LIterarū, quibus inuictissim⁹ princeps Hēricus octauus, rex Angliæ & Franciæ, dominus Hyberniæ, ac fidei defensor respondit, ad quandam epistolā Martini Lutheri, ad se missam, & ipsius Lutheranæ quoq; epistolæ exemplum.

Coloniæ, Anno domini M. D, XXVII.

Vid. Sleidani Comment. de statu Religionis p. L. VI. p. 133 sq.

Fasc. 50. n. 11. 3e

MAGNAE AVTHORITATIS VIRO, PA
tricio quoq; & ſenatori, equitiq; aurato, domino Hermanno Rin
co, ſummor; principum conſiliario prudẽtiſſimo, Chalcographus
ipſe S. P. D.

Ptimi uiri functus es officio magnifice domine Her
manne, qui, quum ſis ex uetuſta atq; percelebri Rinco
rum exortus familia, domum tamen tuam, diuerſis ho
nor; titulis, illuſtrare nõ deſinas. Hinc uolupe tibi (nec
abs re) uiſum fuit, ſereniſſimi ſimul ac plane catholici Anglor; re
gis gloriam quærere. Nec immeritõ: Quid enim ſplendidius, quid
illuſtrius, quid magnificum magis, q̃ illius principis tutari honorẽ,
qui & totus Chriſto militat, & ſingulari ſua eruditione, ac diuina
propè eloquentia, ſacrum ipſius ouile conſeruare dignatur, Qua
propter ut ad rem ueniam: Accepimus nuper binas à te literas,
quar; alteræ, Lutheri palinodiam: alteræ uero, inuictiſſimi princi
pis tui ac planè Herois ſummi (cui tu, uelut lucidiſſimum pruden
tiæ iubar, tum à conſilijs tum à ſecretis, frequenter es proximus)
admirandam continent reſponſionem. Excuſæ quidẽ fateor iam
dudum ab Anglis: cæterum, ut tuæ reſponderes amplitudini, cele
berrimumq; regiæ maieſtatis honorem, cunctis Chriſtifidelibus
longe celebriorem redderes, nobis etiam & nunc excudendas, di
uulgandasq; dediſti. Dignus igitur tu es, quem talis ac tantus prin
ceps, non ſolum diligat plurimum atq; amet: uerumetiam peniti
us, plusq; cæteris, & colat, & ueneretur, tuæq; tandem fidei (nemi
ni non & perſpectæ & cognitæ) ſeſe, ut ſolet, munificum, uel po
tius totum præſtet. Valeat tua dignitas fœliciter. Coloniæ ex offi
cina noſtra literaria, Anno domini, M. D. XXVII. ter
tio Idus Februarias.

¶ Sequuntur nunc epiſtolæ de uerbo ad uerbum, quemad
modum ex Anglia Coloniam ſunt miſſæ.

BODLEIANA

PLato philoſophus ille Athenienſis, ſocraticæ ſapientiæ diuinus interpres, Rempublicam inſtituens, tum demum fœlices ac beatas fore ciuitates dixit: ſi quando aut illis philoſophi imperarent, aut earum magiſtratus ac principes philoſopharentur: id quod, ſatis luculento exemplo declarat in dies rex hic illuſtriſſimus, non minus eruditione clarus notusq; quàm armis inuictus, cæteriſq; uirtutibus cunctis conſpiciendus. Cuius ingenium & prudentiam oſtenduht, uel editi ab eo libri, quibus inſana atque impia dogmata Martini Lutheri, ſic confutauit, ſic Lutherum ipſum omni conſilio contra diſſerendi denudauit: ut omni rationis loco ſublato, ad meretricia iurgia, & ſcurrilia conuicia dumtaxat Lutherus confugerit. Quod rex prudentiſſimus atq; idem eruditiſſimus, cum ſenſiſſet: non eſt dignatus cum ſcurrante impuro nebulone connugari: ſed pro magnitudine animi, ea omnia blateramenta nugalia, & frigidi fraterculi ſcommata, tanquàm cachinnantis morionis inconditos geſtus, contempſit. Nunc uero cum auſus Lutherus eſt, tam ſtolide, fauorem eius ambire: quo illius nomine abuti liceat, ad commendandum factionem ſuam, haud committendum putauit, quin ſignificaret omnibus, non tam leuem eſſe ſe, uti fatui fraterculi, leuibus blanditijs ineſcari aut capi uellet, nec ita inconſtantem, ut ab eo quod uerum & rectum noſſet, deduci ullo pacto poſſet. Quocirca, ita ſingulis Lutheranæ epiſtolæ partibus reſpondit: uti non ſolum ſibi Lutherum, ſed facile cuiuis oſtendat. Tum, talem in reſpondendo temperaturam ſeruat, ut & tu Lector pie uideas, quid de Lutheri animo ſentiendum ſit, nec ipſe Lutherus (quanquàm iniquus & improbus) conqueri aut cauſari poſſit, ſecum actum benigne non eſſe. Vale.

(Luth: Opp: latin: Tom. II. Witteb. folio 533b 534.)

INVICTISSIMO ILLVSTRISSIMOQVE principi & dño, dño Henrico octauo, regi Angliæ & Franciæ, domino suo clementissimo.

GRatiã & pacẽ in Chro Iesu dño ac saluatore nro amẽ. Quãq uereri merito debuerim, sereniſſime rex, illuſtriſſime q princeps, lris maiestatẽ tuã tentare: ut qui mihi cõscius maxime sum, grauissime offensam eẽ maiestatẽ tuã libello meo, quẽ nõ meo genio, sed incitantibus ns, q maiestati tuæ pr fauebant, stultus & pceps ædidi: tñ spem & ausum mihi facit, nõ mõ regia illa tua clementia, sic mihi literis & uerbis in dies cantata à q plurimis, ut cũ mortalẽ sese nouerit, immortales inimicitias seruaturã esse nõ credã: uretiã qd fide dignis testibus didici: libellũ sub maiestatis tuæ nomine in me ditũ: nõ esse regis Angliæ, ut uideri uolebant subdoli sophistæ, qui maiestatis tuæ titulo abusi, nõ senserunt, q tum sibi ipsis periculũ in regia ignominia parrarent: præsertim illud monstrũ, & publicũ odiũ dei & hominũ, Cardinalis Eboracensis, pestis illa regni tui, ita ut uehementer nũc pudefactus, metuã oculos corã maiestate tua leuare, qui passus sim leuitate ista, me moueri in talẽ tantũ q regẽ, per malignos illos operarios, præsertim cum sim fæx & uermis, quẽ solo contẽptu, oportuit uictũ aut neglectũ esse. Accidit ad hæc, quod me serio cõpulit, quantũuis abiectũ scribere, maiestatẽ tuã cœpisse fauere euangelio, & nõ pr tædere istius generis hominũ perditor. Hoc sane nunciũ fuit uere euangelion, i. lætũ nunciũ cordi meo. Quare his lris: prosterno me pedibus maiestatis tuæ quantũ possum humilime: & per Chri crucẽ & gloriã oro & obsecro, maiestas tua dignetur sese submittere, & ueniã donare in quibuscunq maiestatẽ tuam læsi, sicut Chs orauit: & dimittere debita, nos quoq inuicẽ iussit: deinde si maiestati tuæ nõ uidebit contẽnendũ, ut alio libello publico, palinodiã cantẽ, & nomẽ maiestatis tuæ rursus honorẽ, det mihi clementẽ aliquã significationẽ: tum i me mora nõ erit ulla, faciã illud libentissime. Q uis em, sim homo nihili ad tuã celsitudinem cõparatus: tñ nõ pr fructus euangelio & gloriæ dei, hinc sperare licebit, si mihi ad regẽ Angliæ scribendi de euangelij causa, fuerit copia facta. Interim maiestatẽ tuã (ut cœpit) dns augeat: ut pleno spũ, & obẽdiat & faueat euangelio, nec sinat aures regias, & animũ

occu

O pudẽtiam, & modestiam Lutheri

Noua in Luthero humilitas

re

Nõ eget rex tali honoris sui autore

Maiestatẽ

Aduerte lector quid hic rex responderit.

occupari pestilentibus sirenũ uocibus, quæ nihil nisi hæreticũ Lutherꝝ uociferari norũt. Tua uero maiestas apud sese cogitet, qdnã mali possim docere, qui aliud nihil doceã, q̃ fide Iesu Chr̃i filij dei, ꝓ nobis passi, & suscitati, saluos fieri oportere, sicut testant euangelia, & epl̃æ Apl̃orꝝ. Hoc em̃ est caput, & fundamentum doctrinæ meæ, super q̊d postea edifico, & doceo charitatẽ erga proximũ, obedientiã erga politicos magistratus, tum crucifixionẽ corporis pcti, ut itidẽ p̃scribit Chr̃iana doctrina. Quid in his capitib⁹ doctrinaꝝ mali est? Expectet tamen, audiat & iudicet primũ. Cur dãnor neq; auditus neq; cõuictus? Porrò q̊d abusum & tyrannidẽ pontificũ taxo, qui alia q̃ ista p̃dicta capita, imò cõtraria docent, Interim censibus, põpæ, uentribus, imò regnis, & principatibus, oĩmq; opibus innitẽtes: nõne idip̃m & uulgus sentit & dãnat, atq; ipsimet cogunt cõfiteri? Cur nõ emendãt sese & recta docent, si odio & correptione liberi esse uolũt? Videt sane maiestas tua serenissima quãti principes in Germania, quot politiæ, deinde q̊t uiri sapiẽtissimi mecũ faciãt, & (deo gr̃a) indemnatũ cupiant, Quoꝝ numero utinã Chr̃us maiestatẽ tuã ascribat, & ab istis animaꝝ tyrannis separet. Quid miꝝ uero, si Cæsar & aliquot principes in me sæuiũt? Nõne ut Psal̃. 2. dicit: Aduersus dñm & Chr̃m suũ fremũt gentes, meditant ppl̃i, conspirant reges terræ, & cõueniunt principes? ut mirandum potius sit, si aliquis principũ ac regũ euangelio faueat. Huic miraculo, in maiestate tua, q̃ opto ex totis medullis, aliqñ gratulari Et ipse dñs (quo præsente & uolente hæc scribo) cooperet uerbis meis, ut rex Angliæ breui fiat pfectus discipulus Chr̃i, euangelij q̃ pfessor, tum Lutheri clementissimus dñs, Amen. Responsum (si uisum fuerit maiestati tuæ) expecto clemens & benignũ. Wittenbergæ prima Septembris anni domini. M.D.XXV.

Regiæ maiestati tuæ subiectissimus Martinus Lutherus, manu propria.

INVICTISSIMI PRINCIPIS HENRICI octaui, regis Angliæ & Franciæ &c̃. ad Martini Lutheri epistolam responsio.

QVas tu Luthere literas, prima Septẽbris, Anno dñi millesimo quingẽtesimo uicesimoquinto datas, ad nos mittendas curasti, eas nescio ubi nam terraꝝ diu peregrinatas, tandẽ aliqñ accepimus. In his, ais dolere pudereq; te

Syrenarum

+ nos

Hoc q̃ uerꝝ sit considera.

+ seu mortificationem

doctrinæ christianæ

inhiantes

Quin tu id facis, q sic iubes

doctrinam Euangelii, singulari Christi beneficio per me repurgatam, cupiant indemnatam,

At id iã olim facit princeps iste

Hinc uidelicet illę lachrymæ

deditissimus

fateri

miraculũ

Catalog⁹ eorum quæ in epl̃a Lutheri ad regẽ continentur

q̄ stultus præcepsq̄ librum in me tuum, non tuo quidem genio, sed incitantibus his, qui mihi paꝝ fauebant ꝯdidisti, quo te tibi scribis maxime conscium esse, q̄ grauiter nos offenderis, atq̄ obid merito uerendum tibi literis nos tentare. Sed animū tñ ausumq̄ tibi factū scribis, non solū q̄ me tam clementē intelligas, ut quū mortalem me meminerim inimicitias immortales nolim gerere: uerū etiā q̄ fide dignis testibus didicisti, libellum meo nomine de sacramentis ꝯditū non esse reuera meum, sicuti uideri uolebant subdoli (sic em̄ scribis) sophistę, qui nr̄æ maiestatis abusi titulo, nō satis senserint quantū sibi periculū, in ignominia nr̄a pararent: præsertim cardinalis Eboracensis, quē & monstrū uocas & odiū publicū dei & hominū, & regni nr̄i pestē. Hac ergo de causa, sic te pudefactū scribis, ut oculos in me leuare non audeas, qui p̄ operarios illos iniquitatis, passus sis in talē tantum q̄ regē tam leuiter te moueri. Cæterum subiungis, id te tandem ad scribēdum cōpulisse serio, q̄ ego iam cœperim sauere euangelio: & tædiū p̄cępisse tandē, istius generis hominū p̄ditoꝝ, eoꝝ uidelicet qui sectę aduersant tuæ: eam rem uere euangelion esse scribis, nēpe lætum nunciū cordi tuo: & perquā sancte p̄caris: uti sic me dñs augeat, ut pleno spiritu obediā ac faueam euangelio, nec mihi sinat aures animumq̄ pestilentibus Sirenum uocibus occupari, quę nihil aliud possunt q̄ clamare, Lutheꝝ esse hæreticū. Post hæc hortaris, ut consyderē nihil esse mali posse in doctrina tua, quippe qui nihil doceas aliud quàm fide Iesu Chr̄i filij dei passi p̄ nobis & suscitati, saluos fieri oportere. Nam hoc eē caput & fundamentū doctrinæ tuæ, sup̄ qđ ædificare te dicis charitatē erga p̄ximos, & obedientiā erga politicos magistratus, tū crucifixionē corpis peccati: deniq̄ in his audiri petis, admirans admodū dānari te, quū nec auditus nec cōuictus sis. Ad hæc p̄ more tuo debaccharis in eccleſiā Romanā, iactans interim Germaniæ mr̄tos principes à parte tua cōsistere, nec mirꝝ eē si te Cęsar & aliquot item principes p̄sequant, sed potius esse mirandū, si princeps aliquis unus faueat euāgelio, quū principes semp & ppr̄i chr̄o soleāt obsistere. Tum uehemēter optas huic aliqñ miraculo in me gratulari, ut fiam p̄fectus Chr̄i discipulus, euāgeliq̄ professor, & fautoribus tuis adnumerer. Obsecras p̄terea, & p̄ Chr̄i crucem nos obtestaris, ut tibi condonemus, quod tuus me libellus offenderit, pollicēs ultro te (si mihi placituꝝ senseris) aliū p̄tinus æditū contra

Hoc est quirem ueram tacere nō norūt

Pollicita Lutheri

& in

& in honorem meum palinodiã ſcilicet eſſe cantaturꝰ: aſſerens atq; affirmans: haud paꝝ fructus euangelio & gloriæ dei ſperari poſſe, ſi tibi ad regẽ Angliæ ſcribendi de euangelio cauſa facta fuerit copia. Hæc ſunt Luthere oñia, quæ tua cõtinebat epiſtola, ex quibus ſicuti ſatis olfacimus, non ea te ſentire quæ ſcribis: ſed perſpectum habemus & cognitum, quo ſubdola tendat oratio, ita nos ædiuerſo morẽ ſecuti nr̃m, ne quid technis huiuſmodi ſimplicibus poſſis imponere, ad ſingula tibi decreuimus breuiſſime reſpõdere:

¶ Quòd libri te tui pudere: neſcio q̃ tu iſtud uere dicas, uerum hoc unum ſcio, ſatis eſſe cauſæ, cur debeat, non illius modo libri pudere te, ſed tuoꝝ etiam fermè omnium: quippe qui nihil pene cõplectant aliud, quàm errores turpiſſimos & inſaniſſimas hæreſes, nec ratione ſuffultas nec eruditione ſubnixas, ſed quas aſſerit & obfirmat, tantum pertinax impudentia: dum tu tantus author haberi poſtulas, quantus nec hodie quiſquàm ſit, nec ante hac quiſquàm fuerit. Nec ſatis uideo, qui uerum ſit, ut ad ædendum in me libellum tuum ſis ab his incitatus, qui parum fauebant mihi, quum reſipſa doceat, ab his incitatum potius, qui parum fauebant tibi: quippe, quum liber tuus ſit eiuſmodi, ut nec aliud quidquã, quàm probrum conciliare poſſit authori, & librum honeſtet meum, cui tuus declarat, ne uerbum, quidẽ ſani capitis ullum reperiſſe te, quod aliqñ poſſes opponere, quæ res ſatis ut opinor iudicat, uter nr̃m cauſam habeat meliorẽ: Iam quantũuis te fingas credere, ẽditũ à me libellum, non eſſe meum, ſed meo nomine ſubornatum à ſophiſtis ſubdolis, tamen & meũ eſſe multi maiori fide digni, q̃ ſunt tua illi fide digni teſtes cognoſcunt, & ego quãto tibi minus placet, tanto magis libẽter agnoſco. Nã q̃ eũ mihi ſcribis ignominiã parere, nemo certe nõ intelligit (q̃ntũlibet tu diſſimules) q̃ ægre habet animũ tuum, q̃ libellus meus tanto bonoꝝ & doctoꝝ omnium conſenſu cõprobatus eſt, tum eius ſedis honorifico calculo, quæ ut tuas condemnauit hæreſes, ita ſanctiſſimo uiro Hieronymo tantæ fuit auctoritatis, ut ſatis eẽ duceret, ſi ſuã illi ſedi fidẽ approbaret. Quib⁹ ego tñ honoribus nõ admodũ certe glorior, ut qui meoꝝ operꝝ omniũ & ſoleam, & deum p̃cor, idem ut ꝑpetuo faciam, gloriam & honorẽ omnẽ deo acceptũ ferre. Verũ hoc tamen, me nonnihil (ut ueꝝ fatear) oblectat, q̃ qualequale fuit opuſculum noſtrum (neq; eñ neſcius ſum imbecillitatis meæ) tua tñ cauſa tãto fuit imcecillior, ut libel-

Impudentiæ unica ratio ẽ Luthero, probandi omnia

Romana ſedes quantum authoritatis habuit apud ſanctum Hieronymum

Quam Luther diſſimilis ẽ pius hic princeps.

ut libellus ille noſter (quatenus ſe porrexit argumentũ) nõ ea tantũ oñia deterſerit: quæ tu ſordidus in ſacroſancta ſacra prius expueras: uerꝫ etiã quicquid furioſus euomuiſti poſtea, & te adegit ad eiꝰ generis excogitandũ librũ, ex quo totus uideret orbis, præ ira atq; animi impotentia factũ te ex impio, prorſus inſanũ, utpote in quo nõ eruditõis mõ atq; ingenij: ſed & honeſtatis oñis oblitus, nihil prorſus aliud attuleris, q̃ loquacitatẽ ſtolidã, meretriciã maledicentiam, & plus q̃ ſcurrilẽ petulantiã, quũ meus liber contra, nõ in eccleſiã ſolũ (cuiꝰ tu fidẽ laborabas euertere) nr̃m ſpirarit officiũ: ſed etiã (ſupra q̃ tua merebat impietas) charitatẽ erga te, & emendãdi tui potius q̃ perdendi deſyderiũ: idemq; doctiſſimoꝝ uiroꝝ iudicio, multiplices errores tuos & efficaci rõne reuicerit, & potentiſſimis ſcripturis, nõ illis quidẽ ex animi mei cõmento tractis in cauſæ commodũ (quẽadmodũ ipſe ſoles ubiq; ſacras lr̃as ex libidine tua torq̃re) ſed ad ſanctiſſimorũ patrũ uetuſtiſſimas interp̃tatões expẽſis, & ad amuſſim cõgruentibus, ne quid in ea re nobis eſſet cũ his cõmertij, quos tu ſophiſtas ſoles appellare, qui tamen ſunt uiri re uera probi, & in primis docti: ſed quos nõ in aliud ſophiſtas uocas, q̃ p efficaces eoꝝ rationes, quibus tuas produnt & refellunt inſanias, ſophiſtices inuidia cupis degrauare.

Ira quo deduxit Lutherũ.

Nihil eſt hoc uero uerius.

¶ Iã p peſtilẽti lingua tam iprobe ſcurraris in reuereñ. in Chr̃o patrẽ cardinalẽ Eboracẽſem primariũ nr̃m cõſiliariũ, & angliæ cãcellariũ, magis p̃ſpectam habeo ſingularẽ eius prudentiã, q̃ ut eum quicq̃ cõmoueri credã, ſcurrilibus eius linguæ cõuitijs, quæ in totam ſcurrat eccleſiã, quæ ſanctiſſimos p̃ſcindit patres, quæ nullos nõ blaſphemat diuos, quæ Chr̃i contẽnit Ap̃los, quæ ſanctiſſimã Chr̃i matrẽ inhonorat, quæ deũ ip̃m uelut ſceleꝝ oĩm fontẽ, authorem, impulſoremq; blaſphẽmat, quæ blaſphẽmiaꝝ tuaꝝ deteſtanda colluuies, nusq̃ nõ euidẽter patet, tum ex oñi parte pniciioſoꝝ operꝝ (quæ tãto cũ chr̃iani pp̃li damno cõſcripſiſti) tum ex his, quę paſſim in Germania tã furioſe patrãt, tuis hæreſibꝰ efferati ruſtici.

De reuerendiſſimo domino legato pulcherrime reſpondet pientiſſimus princeps Lutherus quibus ſe exercet encomijs.

Reuerendiſſimi domini legati honorifica & liberalis mentio

Itaq; reuereñ. ille pater, quanq̃ nobis iã diu fuit p̃pter eximias eius uirtutes chariſſimus, idẽ tñ eſt, eritq; indies tãto nobis charior, quãto illũ tibi tuiq; ſimilibus magis uidemus inuiſum. Nam p eum regni mei peſtẽ appellas, non eſt conſiliũ fraterculo rõnẽ reddere, ex eius uiri ſingulari prudentia, fide, labore, ſtudio, & ſalubri diligentia, nos regnũq; nr̃m quanta conſequamur cõmoda. Verꝫ, ut omit

tam

tam cætera, uel hoc ſatis indicio eſt, q̃ toti terræ nr̃æ ſalutaris ſit, q̃ ex animi nr̃i ſententia demandatũ ſibi munus, per q̃ diligenter exequit, ditionẽ nr̃am ſedulo purgans hæreſum ueſtrar̃ peſtilenti cõtagio, quibus interdũ intrant. Angliã quidã uehementer ægroti: nempe ex ijs uenientes plagis, quas inſalubris oris tui noxius infecit afflatus, quos tñ ipſos diligenti inquiſitione cõpertos, eiuſdẽ reuerendiſſimi patris ſalubri diligẽtia, nõ ſolum arcuimus, ne quid ad nr̃os eius lepræ ſerperet: uer̃ etiã tractatos cõmode & magna cum charitate curatos, fidei integritati reddidimus. Nam q̃ ad nr̃os attinet (deo fauẽte) ſperamus, & prudẽtiores eſſe, & in Chr̃i fide mlto firmiores, q̃ qb⁹ uſa ſecta, nõ min⁹ impia q̃ abſurda, poſſit adblãdiri quantũuis tibi ſpem iniecerit, ſiue neſcio quis alius nugator improbus, ſiue (q̃ magis arbitror) unus aut alter apoſtata fraterculus, qui è regno meo pfugi, & à fide Chr̃i tranſfugæ, in luxu & libidine uoluptuant apud te, quibus ego regnũ meũ tam bene purgatũ duco, ut ſi qui reſtent adhuc eiuſdem furfuris alĩ (quos non admodum reſtare multos ſpero) ſed tamen ſi q̃ ſupſint reliqui, eos omnes optem ſimul ut habeas tibi.

Hoc eſt quod infrendet Lutherus qui ſanitatem omĩbus iuidet in ſanus

In hoc cœni uolutabro ſe pluunt ſues.

¶ Euangelion eſſe dicis, id ẽ, lætũ nunciũ cordi tuo, iã cœpiſſe me fauere euangelio, tanq̃ hactenus nunq̃ fauerim euãgelio. Cæter̃ q̃ nõ tã nup amare cœpi, & reuerẽter euãgeliũ legere, q̃ tu uideris uis uel hoc iudicio p̃t eſſe, q̃ iam olim (quãtũuis id diſſimules) euidentibus euangelior̃ teſtimonĩs, tuas aliq̃t p̃uici, p̃nicioſas hæreſes, q̃ res (ut dixi) tibi ſatis oñdit, nõ nũc primũ me tractare euangelia. Quãobrẽ uolo cognoſcas, euãgeliũ nobis p̃cipuũ ſtudiũ & fuiſſe diu, & ſp futur̃ eẽ, utpote cui⁹ doctrinã intelligã maxime eẽ ſalutarẽ, ſed his dũtaxat q̃cunq̃ in euãgelĩ ſtudio cõtra q̃ ipſe ſoles ingrediendũ ſibi p̃ponant. Nã tu in ſcripturis interp̃tandis aduerſus orbẽ totũ ſemp cõſueuiſti, tuor̃ ſomnior̃ cõmentitĩs inuẽtis inſiſtere: repudiato nimi r̃ ſapientis cõſilio, qui ſcribit: Fili, ne innitaris prudẽtiæ tuæ, & ne ſapiẽs uideri uelis in oculis tuis. Cæter̃ q̃ ad me attinet, & noui ſatis & libenter agnoſco, q̃ ex meipſo ſim ſacris lr̃is intelligẽdis impar, eoq̃, ſuppliciter inuocato diuini fauoris auxilio, toto me corde ſubĩcio, primũ (q̃ plurimũ ualere debẽt) placitis eccl̃iæ catholicę: deinde interp̃tatõ bus orthodoxor̃ p̃m q̃s diuina benignitas liberal r̃ iſtruxit lr̃is, illuminauit gr̃a, ſuffulſit fide, ac bonis ornauit opibus: miraculis denicq̃ declarauit & fidẽ eor̃

At Lutherus nihil uocat euãgelicũ, niſi quod ipe probat

Quanquã eſt impudẽs Lutherus, iſtud tamen haud poteſt negare Vtinam hanc modeſtiam ſequeretur Lutherus

Hęc Lutherꝰ exuſſit.

ſibi placuiſſe & uitã, quũ tuæ dꝛuerſo ſanctiſſimos pꝛes contemnẽs & ſcurriliter eoꝝ blaſphœmãs memorias, detrahens quoad potes eoꝝ honoribus, ne ſplendor & reuerentia tãtæ ſanctitatis, facem pꝛferret pudendis hæreſibus tuis, nullius ingeniũ probas pꝛter unius tuũ: & quũ manifeſtã ſtultitiã pro prudẽtia, aperte falſam hæreſim ꝓ ueritate defendas, nihil habes aliud cui prorſus poſſis inniti, niſi ꝙ uelut Stentor exclamas, ſcripturã eſſe ꝓ tua parte ſatis dilucidã, eoſq; oms quibus aliter unꝙ uiſum eſt, fuiſſe penitus ſaxa, trũcos, ſtipites, quantũuis numeroſi fuerint, quantũuis ingenio, quantũuis eruditõe, quantũuis ſanctitate claruerint. Deniq; uerbis hũc in modum re pꝛclare geſta, ſubornas & ꝓpellis rudes ac rebelles ruſticos, q ſub euãgelicæ libertatis pꝛtextu graſſent effrenes, & ꝓ furioſa factione depugnent. Si quis uſq; adeo paꝝ ualeret ingenio, ut hærere quicq̃ aut dubitare poſſet, utra potiſſimũ uia foret inſiſtendũ, ue ſtra ne iſta noua, an trita illa ſanctiſſimoꝝ patrũ: quæſtionẽ omnẽ ſeruator ipſe diſſoluit, cũ dixit: Ex fructibus eoꝝ cognoſcetis eos. Nã de illis dubitat nemo quin boni uiri fuerint & inculpatæ uitæ, q deo ſeruire ieiunijs, oꝛonibus, & caſtitate ſtuduerint, quoꝝ ſcripta omnia ſpirabãt charitatẽ. De te uero nihilo dubitãt magis, quũ te uideãt in his quæ moliris omnibus, ab inuidia atq; ſuperbia cœpiſſe, cũ ira & maleuolentia ꝓgredi atq; ꝓcedere, & inanis gloriæ flatu ꝓuectũ, in turpiſſimã demũ libidinẽ deſinere. Itaq; quantũuis hanc doctrinã tuã euãgelicæ libertatis pꝛtextu ueſtias: tãetſi mihi ſatis conſcius ſim, q̃ ſit tenuis hæc eruditio mea, nõ eſt tamẽ uſq; adeo tenuis, uti pſuadere poſſis, ut credã bono te eſſe ꝓpoſito: quũ aſſidue ſpm̃ pꝛdicans, tot interim uoluptaris in carne: quũ ſic adornas te, uelut exhortaturus orbẽ ad euãgelicæ uitæ formulã: deinde cœlibẽ caſtitatẽ dehortaris, quã accurate nobis cõmendat euangelium: & demũ abñcis ipſe, receptã olim & uoto ꝓmiſſam, ac dedicatã deo caſtitatẽ tuã, in quã ſeruandã omnis te ſacrarum literaꝝ authoritas obſtringit.

Cur Luther inuidet cœleſtibus

Lutheri mos diſputandi

Argumentũ inſolubile

Lutheranæ uirtutis circulus

Lutherani ſpũs indicia.

¶ Scribis Luthere uehementer pudere te, oculos in nos attollere, ꝙ te tam leuiter paſſus ſis, per operarios iniquitatis (ut ais) aduerſus nos moueri. Veꝝ ego profecto non paulo magis admiror, ꝙ te non pudet ſerio leuare palpebras, & uel in deum uel hominẽ quenquã probum oculos intendere, qui te paſſus ſis inſtigante diabolo, in eam ingenñ leuitatẽ cadere, ut ob carnis ineptias, & obſcœnas

Lutheri apoſtaſia & impunitas uitæ.

naslibidines, quũ frater Augustinian⁹ eẽs, monachã deo dicatã sce
lerato compressu uiolaris. Quid, ꝙ non cõpressisti solũ (quale fla-
gitium si designasses olim apud Romanos Ethnicos, & illa terram
uiua subijsset, & tu ad mortẽ usq; uerberib⁹ esses mulctat⁹) ueꝝ etiã
(qđ nimio est execrabilius) publice pro uxore nuptijs incestissimis
traduxisti, atq; palàm summo cum toti⁹ mũdi stupore, summo per
orbem totum opprobrio uestro, summo cum sacro sancti coniugij
contemptu, summa cum sanctissimoꝝ uotoꝝ contumelia, per ne-
phas abuteris in quotidianum prostibulum. Deniq; (quod omniũ
est maxime detestandum) cum deberent tam execrandi facinotis
pudor & dolor obruere: pœnitentiæ loco præ te fers miser impu-
dentem gloriam, tam longe fugiens implorationẽ ueniæ, ut etiã in
tui sceleris exẽplũ passim, pseudo religiosos alios literis ac libris ꝓ-
uoces. Quãobrem Luthere, quũ designes talia, non admodũ ꝓfe-
cto miramur, ꝙ sanctoꝝ omniũ cultui tam ualde uis esse detractũ:
quippe ꝙ intelligis, ex illorum honoribus, & reuerentia tuorũ fla
gitiorum opprobrium crescere. Nam quisquis eos credit fuisse bo
nos: idẽ, necesse est ut sentiat pessimũ esse te, qui doctrinæ factisq;
sanctorum, & doces & facis impudens, tam ex diametro pugnãtia.
Etenim quis probare potest fraterculi claustralis matrimonium, q
quidem cuiusquàm faciat, sanctissimum & eruditissimum patrem
Hieronymum. Nam is, uouentibus (inquit) non solum nubere,
sed etiam uelle damnabile est. Lege Luthere ac relege illius opti-
mi patris ep istolam ad monacham lapsam, & ad diaconum item,
qui eam uiolauerat: tum ex his & aliorum item sanctissimorum pa
trum religiosis literis, disce miser te horum potius pœnitere scelęꝝ
quã ęditis insanissimis libellis in defensionem criminis inexcusabi
lis exemplo pessimo, & scelerato suasu tuo, infœlicissimos damna
tionis tuæ socios contrahere. Iam istud plane demiror, qui de scri-
pturæ peritia te tam improbe passim & importune iactas, qũo po
tes tã facile uotũ tuũ contẽnere: quũ in ea legas. Si qđ uoluisti deo
ne moreris reddere. Displicet enim deo infidelis ꝓmissio. Et item
illud: Vouete & reddite domino deo uestro. Quid illud? Quum
uotũ uoueris dño deo tuo, nõ tardabis reddere, quare requiret il-
lud dñs deus tuus, & si mortuus fueris reputabit etiã tibi in peccatũ.
Verũ tu (ut uideo) castitatis & ieiunij, pauptatis & obediẽtiæ uota
sanctissima, nũerãda cẽses inter Mosaicę legis seruiles cęremõias.

Lutheri flagitium nec ethnicis ferendũ

Bsrathrum sceleris

Dilnat hoc Lutherus.

Sanum salubreq; cõsiliũ.

Ecclesiastæ.

Psal. 75.
Deut. 23

Quæ sit Lutherol: bertas euangelica.

Nam & mores & libelli tui satis uident oñdere, nouæ legis euãgelicã libertatẽ, nõ in alio (si qs tibi credat) q̃ in libidinis licentia consistere. Cęterꝝ Esaias ꝓpheta, longe sensit aliter. Nã is, In die (inqt) illa (denotãs Chr̃ianæ legis tpa) uota uouebãt dño, & soluẽt, nimirꝝ significãs in euãgelicæ legis decursu, uota Chr̃ianorꝝ plus habitura uiriũ, & sancti⁹ esse seruãda, q̃ fuissent unq̃ in lege Mosaica. Cuius rei de⁹ exẽplũ p̃buit, cũ in Ananiã & Saphyrã in pecunię subtracta portiũcula p̃uaricatũ uotũ, tã sęuere uindicauit. Qua de re, btũs Gregorius tanq̃ te Luthere cõpellaret ac scortũ tuũ (neqꝫ em̃ cõiugiũ est quo uos estis cõiuncti) hũc in modũ admonet monachos. Ananias deo pecunias uouerat, quas post uictus ꝑsuasiõe diaboli, subtraxit: sed qua morte mulctatus ẽ scis. Si ergo ille mortis ꝑiculo dignus fuit, q eos, q̃s dederat nũmos deo, abstulit: cõsydera quãto ꝑiculo in diuino iudicio dign⁹ eris, q nõ nũmos, sed temetip̃m deo oĩpotẽti, cui te sub monachali habitu deuoueras, subtraxisti. Quid tu Luthere? qd tua illa misera mulier ad hæc? Si pctm̃ agnosceretis, si uos criminis uestri caperet dolor, etiã si qd interim carnis fragilitate peccaretis, eẽt tñ spes resipiscẽtiæ quẽadmodũ in Magdalena fuit ac Dauide, multisq̃ ꝑ itidẽ alijs. Verꝝ nunc quã spem p̃bes de te, si ꝑsistas in defensiõe criminis, & qd erubescere deberes, impudẽs gl̃iaris, quũ uitia tua uirtutẽ uocas, & aliorꝝ uirtutẽ uocas uicissim uitiũ. An nõ incidis p̃ceps in illã maledictõis uoraginẽ, quã in tui sil̃ibus deplorat Esaias, cũ dicit: Væ q dicitis bonũ malũ, & malũ bonũ, ponẽtes tñbras lucẽ, & lucẽ tñbras: amarꝝ in dulce, & dulce in amarꝝ. Iã quũ scripturas istas oẽs floccifacias, quũ eas ad tuæ libidinis affectũ detorqueas, quũ earꝝ sanctissimos interp̃tes cõtemnas, & eorundẽ saluberrimã doctrinã reijcias, sanctissima btõrum p̃m uita cõprobatas, tũ aduersus hæc oĩa, tuã dũtaxat opponas improbã ꝑtinaciã, & argumẽtis planè brutalibus & furiosis nęnijs, aduersus uota scurraris, hæresi tã insigni, ut nec maior temere, nec manifestior audita sit, tñ p̃caris deũ, ne meas aures occupari sinat pestilẽtib⁹ sirenũ uocib⁹, q̃ nihil aliud norũt, q̃ clamare Lutherꝝ esse hæreticũ, quũ ego nullã audiã (hac sane parte) magis sonorã sirena, q̃ libellos tuos, qppe q meis auribus nihil occlamãt aliud, q̃ Lutherũ eẽ hæreticũ, usqꝫ adeo, ut certe uehemẽter mirer, qua frõte possis apud me iactare te nihil aliud docere q̃ fide Iesu Chr̃i filij dei ꝓ nobis passi & suscitati, saluos fieri oportere, tũ sup hoc fundamentum

Esa. 19.

Actorꝝ. 5.

Gregorij uerba

An non hic te Luthere compellat beatus Gregorius

Esa. 5

Quam prudens & sancta precatio

mentū ædificare postea, charitatē erga proximū, & obedientiā erga politicos magistratus, & crucifixionē corpis peccati. Sic scilicet docuit suos in Germania rusticos.

¶ Vtinā Luthere, hęc tua uerba tā uera forēt, q̄ falsa eē cognosco. Nā quæso quo mō sup fidē ædificas charitatē, quū solā fidē doces ad salutē sine bonis opibus sufficere Etem̄ quanq̄ in eo libro quo debaccharis in me (quū sic urgebat pudor, ut te pigeret iam ea de re quicq̄ audire amplius) imputasti mihi tuoꝝ uerboꝝ calūniā, tñ nō solū nihil oīno ad tua ipsius uerba rndisti, q̄ nos tibi inter sacramētoꝝ assertōes obiecimus, qbus illa tā detestanda hæresi sic te ligatū cōstrinximus, ut nulla uia posses elabi: uerꝝetiā hō pudēs & prudēs idē dixisti denuo eo ipō in libro, in quo falso q̄reris, id tibi p calūniā falso exprobratū prius. Sic em̄ scribis: Sacrilegiū est & impietas, uelle placere deo p opa & nō p solā fidē. Quæ uerba nō minus apta sunt, q̄ quæ prius tibi scripta sunt in Babylonica, quū hūc in modū scripsisti. Ita uides q̄ diues sit hō Chr̄ian⁹, siue baptizatus, q̄etiā uolēs nō pōt pdere salutē suā, quātiscunq̄ peccatis, nisi nolit credere. Nulla em̄ peccata eū possunt dānare, nisi sola ĩcredulitas. Cætera oīa, si redeat uel stet fides in ꝓmissionē diuinā baptizato factam in momento absorbent̄ per eandem fidem. Insignis Lutheri sed usitata impudētia. Verba Lutheri in li. aduersus regem Verba Lutheri in Babylonica.

¶ Hæc tua uerba, tā manifeste qd sentis indicāt, ut nec ullā poscāt nec admitttāt glossulā. Neq̄ em̄ color ull⁹ affingi pt, qn cōtra Chr̄i uerba, Angusta est uia, q̄ ducit ad cęlū, tu cū euāgelica libertate tua, latā nobis ac facilē sternis illuc, quo tibi leue uulgus cōcilies, docēs satis ad salutē fore, si qs dei tm̄ ꝓmissionē credat, absq̄ ullo bonoꝝ operꝝ labore. Qd gen⁹ fidei lōge abest à diui Pauli snīa fidē tradentis quæ p dilectionē opat. Cui astipulat & illud: Si estis in fide, ipsi uos ꝓbate. Quæ ꝓbatio, nisi p opa bona qui fiet? Etem̄ q opat iusticiā, acceptus est deo. Quin & btūs Iohānes euāgelista, aduersus seductores eiusmodi, q ppl'm inani ociosa & mortua fide decipiūt. Filioli (inqt) nemo uos seducat, q facit iusticiā iustus est. Certe Luthere, ex tua forma credere, absq̄ fructu bonoꝝ operꝝ, & in uitioꝝ uolutabro magna cū securitate uiuere, fretum dūtaxat ista spe supba & nimis arrogāti fiducia, q̄ sola fides tot obstinatoꝝ scelerꝝ colluuiē absorbeat, fides est haud dubie deterior diabolica. Nā (ut diu⁹ inqt Iacob⁹) Tu credis q̄ un⁹ est de⁹, & dęmōes credūt & cōtremiscūt, in hoc te min⁹ mali sunt: qa tu nō times. An nō hoc tibi noiatim Luthere locut⁹ uidet apl's, q p hęresim hāc tuā, q̄ solā fi- Sic scilicet docuit suos in Germania rusticos. Die aliquam Lutheri colorem. Gala. 5. Coꝝ. 13 Acto. 10. 1. Iohanꝝ Lutheri fides cuiusmōi sit. Iaco. 2.

dem ſufficere contẽdis ad ſalutem: omnẽ dei timorem poſtergas? Etenim cum dicis, tã diuitẽ eſſe baptizatũ: ut ſalutẽ ſuã ſi uelit quã/tumuis obrutus ſceleribus, tñ nõ poſſit ꝓdere niſi nolit credere, ſta-
Luther⁹ oẽm dei timorem tollit. tim ꝓfecto conſequit ſupuacaneũ eſſe timorẽ omnẽ dei, ſiue ꝙ ab eius iudicio iuſtiſſimo & horrendis inferoꝝ cruciatibus elicit, quo timoris genere ſtimulati uirtutem uerſus iter arripimus, ſiue qui ex eo colligit, ꝙ quẽ adamamus ut patrẽ, ut filꝝ timemus offendere. Nã quorſum opus eſt metũ, rem amarã & moleſtã adiũgere, ſi ſo/la ſeruare põt hoiem, ſuauis & iucunda credulitas? Quorſum nos, aut dei timore aut gehẽnæ terrore torquemus, ſi nuda ſufficit fides oñibus exuta moleſtijs? Et ꝓfecto Luthere, quũ inter aſſertiones tuas, oẽm timorẽ dãnationis & inferoꝝ, à præparatiõe pœnitẽtiæ ſemoues, iubens ut eam ſibi ſolo ꝓcurẽt amore, facis tu quidẽ hac in re magnã peccatoribus iniuriã, ꝙbus uideri ſtudes tenero quodã fauore miſericors. Nã illis interim id laboras tollere, qđ de⁹ optim⁹ ordinauit, tanꝙ præcipuũ quoddã mediũ, per qđ ꝓficerẽt in amo/rem, qui nec ipẽ ꝓfecto (dum in hac peregrinatõe uiuit) ſatis tutus eſt, quũ abſq; timore nimiũ ſecurus eſt. Nam ſi non in timore dñi
Eccl. 27. tenueris te inſtãter (inqt) ſcriptura cito ſubuertẽt dom⁹ tua? Etẽm qui ſacras ſcrutat̃ li teras: non una tm̃ uia peccatores uidebit attra/ctos, ſed plurimis: atq; in his illo etiã ipõ timore ſeruili, omnibus tñ ad unum finem tendentib⁹: nempe reſipiſcentiã uitæ, ſine quibus mediꝭs peccator non ſtatim ſemp attingit illã ſalutis effectricẽ cha/ritatem. Quãobrẽ quod aliud conſiliũ poſſis peccatoribus dare de/terius, ꝙ quo ſuades ut ea fugiant media, ꝑ quæ à uitijs auulſi fœli/citer traherent̃ ad deum. At nec alia ferme uia ſæpi⁹ trahimur, nec initio certe forti⁹, ꝙ illo timore, quẽ incutit: horror inferni, qđ ipm̃ fuit in cauſa, ut hunc terrorem, clementiſſimus omniũ Chriſt⁹ ob
Luce. 12. oculos poneret ipſis etiã Apl̃is, cum dixit: Timete eum, qui cũ oc/ciderit habet poteſtatẽ mittere in gehennã, ne quis eam rem pu/tet nihil habere momenti miſeris peccatorib⁹, nec adhuc tam pœ/nitentibus ꝙ pœnitentiã meditantib⁹. Quib⁹, quid põt eſſe ſalubri⁹
Eccl. 1 ꝙ timor? qui (ut ait ſcriptura) peccatũ expellit: & qui ſine timore ẽ, nõ poterit iuſtificari. Et tu timorẽ iudicij & pœnaꝝ nõ tm̃ ſtudes auferre cõtritioni (quũ ſit ille, uia tutiſſima, ꝙ pcti laqueos fugim⁹) ueꝝ etiã quo ſecurius immoremur uitijs, freti fiducia fidei, metum oẽm prorſus labores tollere ab amore dei, quũ cõtra ſcriptura dicat

Timor

